

37  
pessimum quidem si erit infortuna.

76

Coniunctiōes totius anni oppositiōes & quadraturas si de qualitate temporis iudicaturus sis, necesse est ut consideres. Per has autem causantur diuersæ transmutationes temporum. 77

Non obliuiscaris stellas fixas & gradus nonæ sphæræ immobiles, in quibus fiunt eæ coniunctiones & quadraturæ, uirtutes mansionum miscendo. 78

Effectus eclipsationis solaris in gradibus ascendentis reuolutionum nativitatum apparet in illis recto reuolutionibus quæ ante horam eclipsis erant, nō transcendit effectus talis eclipsationis in quibus non est in hora, in qua fuit eclipsis sine determinato medio. Non sentit pondus, ut ita dicam, talis umbræ arbor uel semen, qui ad huc radicem non emisit, sed cum alterata sint ab eclipsi elementa, & ea quæ in reuolutione anni naturæ existunt siue esse debent alterantur. Alteranturq; eæ quas diximus reuolutions ab illis elementis alteratis, dum non fortē hylech habuerint radices, unde non immediatæ, qui tales reuolutions habent, sed per talia alterata media alterantur. Vnde ad hoc fugienda sunt loca, in quibus effectus pestifer eclipsationis ineſt.

79

Cum in aere apparuerint uapores densi, uelut fumus directi in altum forma rotunda & longa, uel ut strictæ pyramides perpendiculares, sintq; erectæ in altum ascendentes, iudicabis cito terræmotus uehementissimos uenturos esse. Sunt enim uapores de natura Saturni in domibus Martis & potissime in Scorpione, erunt quippe terræmotus in illis partibus, in quibus uidebis illos uel longe parum à loco illo. 80

Non confidas de loco Martis per calculationem solam, sed per instrumentum & per \* suæ coniunctionis cum altero planeta uel stella fixa \* non adhuc rectæ inuentum est per tabulas uerum locum eius sine errore, quam pluries error inesse Martis. Magnum quidem est & maxime cum de coniunctione eius iudicaturus sis, uel quādo in corde Solis ipsum reputabis. 81

Coniunctiones aliquorum corporum cum altero, non per li neam